



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 64. De exauctorando Cranmero actum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI.** cima Septembris Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto jubebat comparere coram aliis Judicibus, qui erant præter Broksium Gloucestrensem Episcopum a Papa delegatum adhuc alii duo Martinus, & Storyus, qui a Philippo, & Maria nominabantur. Itaque Cranmerus in Oxoniensi Ecclesia auditus, cum ad tribunal accederet, perdemisse Regios Judices salutabat, quin tamen eundem honorem Broksio deferret, hæc effutiens verba: nullam venerationem Romano Episcopo me debere existimo, eoquod illius potestatem non admittam.

### §. LXIV.

#### *De exauditorando Cranmero adiun.*

**Burnet.**

**p. 477.**

**Thuan. Hist.  
lib. 17. p. 511.**

Die decima quarta Februarii Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto Bonnerus, & Thirlebius Oxonium pervenient, ut Cranmerum e sacro gradu dejicerent. Is itaque coram Judicibus se fuisse jussus Pontificali habitu nonnisi ex rudiori tela confecto induitur, atque ab ejus corpore singula insignia suo ordine abstrahuntur, denique capitl. ejus mitra, ejus vero manui crux traditur: cum vero crimen suum confessus Romanam intra octoginta dies venire jussus esset, hoc mandatum transgressus accusaba-

cusabatur, quamvis interea in custodia Sæcul. XVI.  
detentus fuisset: quapropter reponebat A.C. 1556.  
Cranmerus, „haud capio, quo jure con-  
„demner, quod Papam non acceſſerim,  
„cum tamen ſemper ad hoc uſque mo-  
„mentum in carcere detentus fuerim;  
„ceterum Romam ire, ibidemque do-  
„ctrinam meam tueri ſemper paratus  
„eram: Pontifici vero nulla in me, nec  
„in ceteros Anglos potefas competit,  
„quocirca ab eo, necnon a ſententia con-  
„tra me lata ad Oecumenicum, libe-  
„rumque Concilium proxime celebra-  
„dum provoco., Ast inſuperhabita hac  
appellatione ulterius in illius exaucto-  
ratione procedebatur, dilata tamen fuit  
mortis ſententia, eique perbenigne ad-  
hucdum temporis ſpatium indulgeba-  
tur, ut errores fuos ejurare posset, qui-  
nimo eidem fuerat ſuggestum, quod hac  
ratione vitæ fuæ conſulere valeret, un-  
de etiam longe mitius, quam antea  
habebatur, necnon ex carcere ſuo ad æ-  
des Decani in Ecclesia, ut vocant, Chri-  
ſti abducebatur.

§. LXV.

*Errores a Cranmero ejurati, necnon  
hærefis revocatio ab eodem  
ſubscripta.*

Paulo post Cardinalis Polus infaustam Burnet.  
G g 2                      *p. 498.*